

Ann. VII.

Num. VII.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "Kronika RODZINNA" Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTR.

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

NEW YORK
52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN CANADA

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

CINCINNATI
52, Barclay Street. 436, Main Street.

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

RATISBONAE in BAVARIA

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

- Ex Germania. « Volksverein » societas.
De Ecclesiae Conciliis Generalibus. Concilium Nicaenum I.
Disciplina arcani quanti momenti habenda sit.
De academicis in Sacra Scriptura gradibus a "Commissione Biblica,, conferendis.
Fabulae selectae Fontanii a Ioanne Bapt. Giraud latine redditae.
Geographicae notae: Explorations per Africam.
Maria Magdalene.
Ex Americis. De artium recensione ad urbem S. Aloisii.
Ex SS. Congregationibus romanis sententiae novissimae selectae.
Facultates extraordinariae quae per Sacrorum Rituum Congregationem ex audiencia sanctissimi obtineri possunt.
Facultates ordinariae quae per S. R. C. obtineri possunt.
Acta pontificia: Litterae de mandato SSmo a Cardinali publicis Catholicae Ecclesiae negotiis praeposito ad omnes Episcopos missae de Ecclesiae legibus in unum redigendis.
Diarium Vaticanum: Coram SSmo admissiones. - Pontificiae elections. - Varia.
Annales: Iaponicum bellum. - Balcanici motus. - Armeniorum caedes. - Thibetanae pugnae. - Brasilianae contentiones. - Uruguayana et Argentinensis seditio.
Publici per Orbem coetus legibus ferendis.
Per Orbem.
Varia: Formicarum servitus. - Subaqueae lintres.
Aenigmata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCLXIV

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii *VOX URBIS* administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad *VOCIS URBIS* administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO,

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii *VOX URBIS* paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. I.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

PR
In Italia: Li
Lib. 6,25, Doll.

EX G

« Volks

Volksverein non
cant sodalitum qu
tates variosque in
Germanis catholice
simum pariterque
apparet. Ipsum en
luti componit et c
Maguntinus ille cel
nuel Kettelerius d
Vindhorst etiam, c
ceps, sodalitio const
tulit, quod tamen i
positum fuit, ut soc
oppugnarentur, qui
corrumperet contend
corum laboribus aug
bonum deserviret. T
nisque rei consilium
defendendam, tum a
repellendos; fuitque
ptum, ut huius ann
labente eius assele
amplius numerarent

Huius itaque so
agmina, nulla ordi
catholica fide vivun
leges provehant, ma
torum manum in ec
riam ascendant pro
mutuam quoque int
tuaque eniuisvis mo
mant, et augment
artium sodalitiis, e
cuntur, constitutis, p
erudiendam in iis i
ubique studia leges
tulerunt, simulque
quae in proximum ci
ienda videantur,
aliquo modo sancian
surgit disceptatio, v
ribus hisee rogation
seclae per omnem Ge
numero novissimaru
plures recensentur, v
dunt et ad trutinam
tis opportuna docum
perativas » denique
lieorum pecuniae v
utque in artium con
veniant. Pariter de
quot in dies novas
andas repant, et
tis vel novi institut
socii ea ponunt et

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italianam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.**EX GERMANIA.**

« Volksverein » societas.

Volkseverein nomine maximum Germani vocant sodalitum quod inter complurimas societas variosque inceptus, in civium bonum a Germanis catholicis civibus constitutos, gravissimum pariterque utilissimum omnium facile appareat. Ipsum enim eas omnes in unum veluti componit et conserit, iuxta monita quae Maguntinus ille celeberrimus episcopus Emmanuel Kettelerius discipulis servanda tradidit. Vindhorst etiam, catholicorum legatorum principes, sodalitio constituendo enixa operam contulit, quod tamen non ante annum MDCCXCIX positum fuit, ut socialistarum errores nisuque oppugnarentur, qui universam iam Germaniam corrumpere contendebant, utque simul catholicorum laboribus augendis et iuvandis in civium bonum deserviret. Tutelae itaque instauratioisque rei consilium est tum ad maiorum fidem defendendam, tum ad hostes fidei totis viribus repellendos; fuitque Germanis incolis ita acceptum, ut huius anni MCMIV Februario mense labente eius asseclae ad tercentum millia et amplius numerarentur.

Huius itaque sodalitii opera Germanorum agmina, nulla ordinis divisione distincti, qui catholica fide vivunt, non suae tantum gentis leges provehunt, magnam catholicorum legatorum manum in cōmītiis eligentes, qui in eūriam ascendant pro populo leges laturi, sed mutuam quoque inter pauperes caritatem, mutuaque eiusvis modi auxilia fovent, et firmant, et augent. Quod praesertim obtinent artium sodalitatis, et « cooperativis » quae dicuntur, constitutis, pariterque collegiis ad plebem erudiendam in iis praesertim, quae novissima ubique studia legesque in populi bonum contulerunt, simulque declarando et exponendo quae in proximum tempus bona legibus sancienda videantur, vel sperare iuvet fore ut aliquo modo sanciantur. Quoties vero nova exsurgit disceptatio, vel novum dubium de populibus hisce rogationibus oritur, *Volksverein* asselae per omnem Germaniam diffusi, quorum in numero novissimarum doctrinarum non imperit plures recensentur, verbo aut calamo rem expendunt et ad trutinam revocant, eamque circum satis opportuna documenta divulgant. Ut in « cooperativas » denique societas iungantur catholicorum pecuniae viresque maxime satagunt, utque in artium consociationes aequo iure conveniant. Pariter de re sociali quaestiones quotquot in dies novae exsurgunt sui iuris endandas reputant, et ubicumque novae sodalitatis vel novi instituti urgeat constitutio, ipsius socii ea ponunt et constituunt.

Ad rem haec media, hi ritus adhibentur. Bimensilis commentarius vulgaritur, qui sociales, ut vocantur, quaestiones passim pertractat: popularium comitia habentur, quae, elapsu anno, mille et quingenta fuerunt. Folia imprimitur donoque passim etiam distribuuntur de sociabilibus christianisque argumentis; de iisdem rebus opuseula tenui pretio vulgantur; diaria — sociale alterum, alterum apologeticum — singulis hebdomadis eo consilio edantur, ut catholicorum ephemeredes dissertationeculis diffundendis uti possint. Est etiam certa sedes ubi periti viri adsunt quotidie, quos sive voce, sive scriptis consulere omnes, pro re nata, valeant. Neque deest bibliotheca, eaque ditissima, cuius libri nulla pecunia sodalibus praesto sint; quotannis autem breviores lectionum cursus de re oeconomicā vel apologetica heic vel illuc a doctoribus habentur pro opificebus, pro laicis, pro sacerdotibus. Legati enim societatis decem millia sunt, sive consiliarii sive administrī, qui et dissertationes habeant in urbibus et singula studia persequantur, ut iuxta novas oborientes necessitates doctrinam provehere et explicare et accommodare prompte queant. Extra sodalitum quoque popularium bonum impense procuratur, et validiori opera in universorum utilitatem satagit.

Non mirum itaque est quod *Volksverein* sodalitum tum Episcopi Germaniae, tum omnes qui catholicorum parti praeceunt populo vehementissime commendarunt, unde ex clero praecipue fortissimi propagatores in operam convererunt. Verum illi quoque qui a catholica fide dissentient huiusmodi consociationis vires esse validissimas ad bonum procurandum existimarent, ita ut lutherani quoque haeretici illud imitari incooperent; laudent denique liberalium, qui dicuntur, commentarii veluti praevalidam civium sodalitatem, foedusque ad communem operam potentissimum, placetque nobis scire Iberos, Batavos, Gallos quoque et Belgas sequi iam exemplo constituisse; nordeos autem americanos fideles, atque in Europa Luxemburgenses iam similia inchoasse. Stat igitur in oculis specimen quod vos quoque, Itali, sequamini.

P. M.

DE ECCLESIA CONCILIIS GENERALIBUS.

Concilium Nicaenum I.

Quo tempore Constantinus ille Magnus, victo Licinio, tum in Oriente tum in Occidente summa rerum fuerat potitus, tot tantisque dissensionibus turbata erat Ecclesia, ut exinde tērrima pernicies rei christianaē universae im-

pendret. Plures in Africa episcopi occasione schismatis donatiani ab « orthodoxia » defecisse videbantur, quod et Ecclesiae notas male expli- carent ac de Sacramentorum virtute minus recte sentirent. Alexandrini patriarchatus episcopi alii ab aliis dissidebant, quod ex iis plures Meletio adhaerent, qui a S. Petro episcopo Alexandrino plurium criminum caussa depositus, munere episcopali contumaciter fungi perrexerat. Apud Syros, Cilices et Mesopotamenos maxime invalesebat Quartodecimanorum error, qui contendebant adhuc decimaquarta luna mensis primi cum Iudeis celebrandum esse Pascha. At his calamitatibus longe deterior erat Ariana haeresis, quae de maximo fidei capite in plurimorum animos dubitationem iniecerat, ae divisionem Orientis ab Occidente minitabatur (1).

His igitur Ecclesiae malis ut remedium aliquod afferretur, a Silvestro pontifice Osium Cordubensis episcopus ad Constantinum Imperatorem in Orientem missus est; qui quidem Constantinus eum Alexandriam legavit ad sedandas schismaticorum turbas (2); re vero infecta redeunte Osio Constantinopolim, ad generalis Concilii inductionem processum est, quod Nicæe in urbe Bithyniae, minoris Asiae « metropoli », convocaretur, Osio ipso ex parte Pontificis praeside, tamquam Apostolice Sedis primo Legato, cui etiam in hoc munere adiuncti a Silvestro fuere presbyteri duo ex urbe Roma, Vitus et Vincentius.

Quod autem Concilium non ab uno Pontifice, sed auctoritate etiam Imperatoris indictum fuerit nemo mirabitur qui cogitet etiam tum legem illam imperiale antiquam vigere, quae prohiberet ne collegia omnia hominumque conventus absque Imperatoris auctoritate cogerentur; praeterea, ut alias minoris momenti causas praetereamus, concilia generalia sumptibus publicis fieri; denique Pontifice in temporibus Imperatoribus subiici.

Ceterum die xx mens. Maii an. p. C. cccxxv concilio convocato (3), convenerunt episcopi tercentum decem et octo (4) omnes orientales, quinque exceptis, inter quos viri eminebant non tantum vitae sanctimonia sed etiam eruditioclarissimi (5), Alexander patriarcha Alexandrinus eum Athanasio diacono suo, Eustathius patriarcha Antiochenus, Macarius episcopus Hierosolymitanus, duo Eusebii, Nicomediensis et Caesareensis, S. Nicolaus Myrae in

(1) Cfr. ZEPHYRINI ZITELLI NATALI, *Epitome historico-canonica Conciliorum Generalium*. — Romae ex typogr. Fr. Monaldi, MDCCCLXXXI, pag. 29 et seqq.

(2) EUSEB. in *Vita Constantini*, lib. II, c. 62.

(3) SOCRAT. *Hist. eccl.*, I, 13.

(4) S. Ambrosius in *præf. libr. de fide* scribit hunc numerum sacrum esse et mystice a ccxviii militibus illis præfiguratum, quibus Abraham de quinque regibus victoriam reportavit.

(5) EUSEB., *Vita Const.*, III, 9.

Lycia episcopus vitae sanctitate et miraculis
toto orbe celeberrimus, Iacobus Nisibenus, Pa-
phutius Thebaidos, Spiridion Epyri episcopus,
alique quamplures, qui paulo ante confessi
fuerant in Dioctetiani et Licinii persequitionibus.

Interfuit ipse Constantinus Imperator, qui
primo in ordine constituit aurea sed humili sella,
latinamque dixit orationem, mox ab interprete
graecis redditam, qua tum Deo est gratulatus,
tum Episcopos ad pacem et concordiam non
solum inter se sanciendam, sed etiam Ecclesiae
restituendam hortatus est.

Hoc Constantini tacto et hortatu exeatati
episcopi — qui prius eum sophistis velitaverant,
quos ipse forte submiserat Arius, ut eius parti
praesto essent — pacatos animos ad cognoscendam
Arii causam eo diligentius intenderunt.
Disputatio inter ipsum et Athanasium coepit,
quam altera subsequuta est inter Eusebium
Nicomediensem, Arii defensorem, et Marcellum
Aneyranum. Expensis improbatisque Arii pla-
citis, saepius in medium adducti atque inter-
rogati, subdola Eusebii Nicomediensis formula
a Patribus relicitur, altera qua Filii divinitas,
hoc est communis ei cum Patre substantia, ve-
teri vocabulo τοῦ διονυσίου dedicabatur, firmata
est. Deinde Arius anathemate percussus, eiusque
liber, *Thalia* inscriptus, damnatus. Fidei et
damnationi subserpserunt omnes, quinque ex-
ceptis, quorum duo tantum, Secundus et Theognis,
contumaces perstiterunt. Hi cum Ario, cui
favebant, exilio multati sunt. Paulo post Eu-
sebius Nicomediensis et Theognis Nicaenus de-
positi et in exsilio ipsi acti, quod, licet sym-
bolum admitterent, Arii tamen depositionem
non agnoverunt (1).

Interea dum reluctantibus spatum resipisci-
endi datur, reliquae causae componuntur. Et
quidem Paschatis festo adsignatur dies domini-
nica proxime sequens plenilunium post aequinoctium
vernus occurrens (2); sanctumque pariter est a Patribus cum Meletio clementius
agentibus ut in propria civitate Lycopoli maneret, uno episcopi nomine contentus; nullam
vero munera partem obiret. Tandem pro ecclesiastica disciplina vel firmando, vel restauranda,
conduntur Canones viginti, in quibus inter alia,
recongitum est Ecclesiam Romanam primatum
habere super omnes alias ecclesias; itemque
non esse concilia celebranda nec episcopos
damnados absque Romani Pontificis sententia;
concilia ab antistitibus bis in anno celebrari
debere, ad quae causae deferrentur eorum qui
ab Episcopo se iniuste passos aliquid conque-
rerentur; excommunicatos ab uno, ab altero
recipi non posse; ne mulieres extraneae in do-
mibus clericorum versarentur, etc.

Confirmatum est concilium a Silvestro Pont.
Max. his verbis: « Quicquid in Nicaea Bithyniae (urbe) constitutum est ad robur Sanetae
Matris Ecclesiae Catholieae, a sanetis sacerdotibus
ccc XVIII nostro ore confirmamus. Omnes
qui ausi fuerint dissolvere definitionem saneti
et magni Concilii quod apud Nicaeam congre-
gatum est sub praesentia piissimi et venerandi

(1) ZITELLI-NATALI, op. cit., p. 31.

(2) Ad facilius inveniendum cuimlibet anni Paschalem
diem constitutus est in Nicaeno concilio numerus ille qui
“aureus” nominari consuevit, undeviginti annorum perio-
dum continens.

principis Constantini Augusti, anathematizamus ».

Ceterum Nicaeni concilii auctoritas in tanta
veneratione apud Patres semper fuit, ut eius
decreta « caelestia mandata » alii appellari-
rint (1); alii « verbum Dei », alii « divinum
et sanctissimum oraculum Spiritus Sancti » (2);
Gregorius se non minus quam quatuor evan-
gelia venerari affirmaverit (3); Ambrosius scri-
perit ab ipso nee per mortem neque per gla-
dium posse separari; Hilarius denique reipsa
propter Nicaenam fidem exsilio passus sit,
ut ipse in fine lib. *de Synodis* testatur.

DISCIPLINA ARCANI

QUANTI MOMENTI HABENDA SIT.

SINE ulla haesitatione asserendum putamus,
tractationem disciplinae arcani in re theo-
logica, eiusdem esse momenti, ac ipsa sancta
traditio. Cum enim disciplina arcani sit, quae
nobis suppedet modum intelligendi SS. Patres
et alia antiquitatis monumenta, tanti profecto
facienda est, quanti ipsa traditio. Equis autem
nescit, quanti momenti traditio sit? Est enim
verbum Dei eodem modo ac S. Scriptura: et,
etiam si mittamus divinam traditionis notam,
doctrina Patrum, qui primis ecclesiae saeculis
floruerunt, est utilissima, ut etiam historia teste
ostendatur ecclesiae indefectibilitas et eius pe-
rennis unitas symbolica, liturgica, socialis.

At consideretur huius disciplinae momentum
in iis quae ad SS. Eucharistiae mysterium re-
feruntur. Diximus ecclesiam occultasse infide-
libus mysteria fidei, ut reverentiae erga ista
prospiceret, simulque ne deterretur nondum
baptizatos, qui forsitan et ob mysteriorum su-
blimitatem et ob naturae humanae imbecillitatem
possent offendere pati. At ecclesiae
sollicitudo celandi SS. Eucharistiae mysterium
nequit convenienter intelligi, nisi admittatur
« praesentia realis » Christi sub speciebus panis
et vini. Si enim ecclesia solam « praesentiam
figuralem » Christi in saeris speciebus, si nihil
supernaturale admisisset in hoc mysterio, pro-
fecto nulla ratio fuisset illud celandi, eum nul-
lum sane mysterium in S. Eucharistia celare-
tur; et proinde eius sublimitas ad purum *sub-
iectivismum*, imo ad merum phantasiae ludum
reduceceretur.

Contra Saeramentarios igitur ad ostenden-
dam realem Christi praesentiam in Eucharistia,
maximum est disciplinae arcani momentum.

Quare dulcissimi fructus ex huius disciplinae
tractatione capiuntur. Nam prae oculis fere
habetur mira fidei unitas, quae per tot saecula
nullo pacto labefactari potuit; ita ut evange-
listae videantur loqui, uti abhinc saecula vi-
ginti.

Hinc fit, ut Christi sacerdos populum hodie
quoque docere possit verbis, quibus Ioannes
usus est: *Quod vidimus et audivimus annun-
tiavimus vobis* » (4).

BERNARDINUS DI DARIO.

(1) Cfr. AUGUST., lib. I, *de Baptismo*, c. XVIII.

(2) Cfr. ATHANAS., *epist. ad episcopos Africanos*; LEO,
epist. 53 *ad Anatolium*; CYRILLUM, *de Trinitate*, I.

(3) Ep. 24, lib. I.

(4) Ep. I, cap. I, 3.

DE ACADEMICIS IN SACRA SCRIPTURA GRADIBUS A “ COMMISSIONE BIBLICA „ CONFERENDIS.

IN *Vox Urbis* numero huius anni V litteras
Apostolicas retulimus, quibus academicis gradus
institutebantur a Commissione Biblica ad
hoe designata iuxta certas leges conferendi;
placuitque iam tum in sequenti fasciculo de
biblicorum studiorum gravitate ac necessitate
Marci Belli, socii nostri clarissimi, scriptum
ad nos missum vulgare.

Quum autem ratio periclitandae doctrinae
candidatorum gradus eosdem appetentium his
diebus edita sit, eam nulla mora interposita
producemus, tum ad sociorum omnium commo-
dum, tum ut lapidem nostrum, quicunque is
fuerit, ad rem tanti momenti conferamus.

Ratio igitur huiusmodi est:

I. AD PROLYTATUM

In experimento quod scripto fit:

Exegesis, i. e. expositio doctrinalis, critica et philo-
logica *quattuor Evangeliorum et Actuum Apostolo-
rum*. Pericope ex his a iudicibus eligenda, expo-
nenturnulo praetextum et concordantias adhibito
libro; de qua verbis quoque perieulum fiat.

In experimento verbali:

I. — Graeece quattuor Evangelia et Actus Aposto-
lorum.

II. — Hebraice quattuor libri Regum.

III. — Historia Hebraeorum a Samuele usque ad
captivitatem Babyloniam; itemque historia evan-
gelica et apostolica usque ad captivitatem Sancti
Pauli Romanam.

IV. — Introductio specialis in singulos libros utrius-
que Testamenti.

V. — Introductionis generalis quaestiones selectae,
nimis:

1. De Bibliorum Sacrorum inspiratione.
2. De sensu litterali et de sensu typico.
3. De legibus hermeneuticae.
4. De antiquis Hebraeorum synagogis.
5. De variis Iudeorum sectis circa tempora
Christi.

6. De gentibus Palaestinam tempore Christi in-
coletibus.

7. Geographia Palestinae temporibus Regum.

8. Palestinae divisio et Hierusalem topographia
tempore Christi.

9. Itinera Sancti Pauli.

10. Inscriptio Palaestinenses antiquissimae.

11. De kalendario et praecipuis ritibus sacris He-
braeorum.

12. De ponderibus, mensuris et nummis in Sancta
Scriptura memoratis.

II.

AD LAUREAM

De scripto:

Amplior quedam dissertatio circa thesim aliquam
graviorem ab ipso candidato de Commissionis as-
sensu eligendam.

Coram:

I. — Dissertationis a Censoribus impugnandae de-
fensio.

II. — Exegesis unius ex sequentibus Novi Testa-
menti partibus a candidato diligendae eiusque pro-
arbitrio iudicium exponendae:

1. Epistolae ad Romanos.

2. Epistolae I et II ad Corinthios.

3. Epistolae ad Thessalonicenses I et II et ad
Galatas.

4. Epistolae captivitatis et pastoralium.

5. Epistolae ad Hebreos.

6. Epistolae Catholicarum.

7. Apocalypsis.

A
CXXI

Simius et pardus
Ludos certabar
Horum quisque
Pardus ventosus
En me quadra
Africa progenies
Visere me nuper
Emi, cingenda
Quam vario nitidus
Ornatu! Phrygia
Turba subit, vari
Visa pelle semet
Simius interea: -
Adsum, qui vob
Simius me celebris
Pontificis curas
Huc ego regali
Spectantem regal
Egregie salto, vac
Calleo, mille se
Ditibus haec spec
Assem dimidiun
Quae nisi vos re

CXXII. -
Fecit cuncta Deus
Tellus ore, sona
Orbe tamen misso
Allatura meis,
Rusticus hanc fru
Cerneret, et nita
« Quo spectabilat
Ut misere molens
Hanc ego, pol, me
Aptasse fructu
O factum male, co
Cuius templo co
Me monitore quide
Res ibi queaque
Sic glandem, quam
Insererem ramis
Quo magis abnor
Plus errasse De

III. — Exegesis
Veteris Testame
1. Genesis.
2. Exodi, Lev
3. Deuteronom
4. Iosue.
5. Iudicium et
6. Librorum E
7. Iob.
8. Psalmorum
9. Proverbior
10. Ecclesiasta
11. Cantici Ca
12. Esther, To
13. Isaiæ.
14. Ieremias et
15. Ezechielis.
16. Danielis et
17. Prophetaru
IV. — 1. De Sch
tiochena, ac de
rum saec. IV et
2. De operibus
rumque Patrum L

PICTURA GRADIBUS
CONFERENDIS.

ius anni V litteras
bus academicie gra-
ssione Biblica ad
leges conferendi;
menti fasciculo de
ante ac necessitate
arissimi, scriptum

itandae doctrinae
appetentium his
mora interposita
in omnium commo-
dum, quicunque is
conferamus.

cripto sit:
is, critica et philo-
Actuum Apostolo-
bus eligenda, expo-
cordantias adhibito
ericulum fiat.

bali:
et Actus Aposto-

egum.

Samuele usque ad
aque historia evan-
cavitatem Sancti

ngulos libros utrius-

naestiones selectae,
inspiratione.

ynagogis.
ts circa tempora

empore Christi in-
poribus Regum.

isalem topographia

s antiquissimae.
s ritibus sacris He-
t nummis in Sancta

ea thesim aliquam
Commissionis as-

impugnandae de-

ibus Novi Testa-
gendas eiusque pro

rinthios.
censes I et II et ad

pastoralium.

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE

PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS (1).

CXXI. — SIMIUS ET PARDUS.

*Simius et pardus, comoedus uterque forensis,
Ludos certabant aere locare suos.
Horum quisque novas per compita nuntiat artes;
Pardus ventosā talia voce crepat:
— « En me quadrupedem, cires, quem pervia paucis
Africa progenuit, vellere magnificum.
Visere me nuper voluit rex ipse, meamque
Emi, cingendam post mea fata, togam.
Quam cario nitidoque, viri, toga nostra superbit
Ornat! Phrygiā picta videntur aeu.»
Turbo subit, variisque ferac mirata colorem,
Visa pelle semel, lasso coloris abit.
Simius interea: — « Salvete — exclamat — amici!
Adsum, qui vobis gaudia lecta fero.
Simia me celebris peperit Bertranda, severas
Pontificis curas docta fugare iocis.
Huc ego, regali cœctus pro more triremi,
Spectandus reni, mira patrare sagax.
Egregie salto, vacuos voltare per orbis
Calleo, mille scio flectere membra modis.
Ditibus haec spectare licet; cix asse soluto;
Assem dimidium solvere euret inops.
Quae nisi vos recreent spectacula, tollite vestram,
Egressi, solidam dimidiare stipem.»
Simius haec recte: brevis omnis egenaque laus est,
Quam non ingenium, sed cutis una dedit.
Delicias mens usque novas secunda ministrat;
Taedia mox oris gratia sola parit.
Quot similes pardo solet aula tenere dynastas,
Queis, si vestis abest, excidit omne decus!*

CXXII. — GLANS ET CUCURBITA.

*Fecit cuncta Deus recte: quod praedicat uno
Tellus ore, sonat pontus et astra canunt.
Orbe tamen misso, succede, Cucurbita, dictis
Allatura meis, testis obesa, fidem.
Rusticus hanc frugem quam casto ventre tumere
Cerneret, et niti caule peregrino:
— « Quo spectabat — ait — naturae Conditor, amplam
Ut misere molem serpere vellet humi?
Hanc ego, pol, melius sublimi quercubus istis
Aptasse fructum: grandia magna decent.
O factum male, consilis quod me Faber orbis,
Cuius templa colo, iussit abesse suis!
Me monitore quidem si condita terra fuissest,
Res ibi queaque suo staret ubique loco.
Sic glandem, quam fert minimam vel maxima quercus,
Insererem ramis, parva myrica, tuis.»
Quo magis abnormem mediatetur rusticus orbem,
Plus errasse Deum censem acutus homo.*

III. — Exegesis ut supra alicuius ex infrascriptis
Veteris Testamenti partibus:

1. Genesis.
 2. Exodi, Levitici et Numerorum.
 3. Deuteronomii.
 4. Iosue.
 5. Iudicium et Ruth.
 6. Librorum Paralipomenon, Esdrae et Nehemiae.
 7. Iob.
 8. Psalmorum.
 9. Proverbiorum.
 10. Ecclesiastae et Sapientiae.
 11. Cantici Cantorum et Ecclesiastici.
 12. Esther, Tobiae et Iudith.
 13. Isaiae.
 14. Ieremiae cum lamentationibus et Baruch.
 15. Ezechielis.
 16. Danielis cum libris Machabaeorum.
 17. Prophetarum minorum.
- IV. — 1. De Scholis exegeticis Alexandrina et Antiochena, ac de exegesi celebriorum PP. Graecorum saec. IV et V.
2. De operibus exegeticis S. Hieronymi caeterorumque Patrum Latinorum saec. IV et V.

*Anceps quid faciat, sub queru oblia somni
Quarit, utut scitis saepe negata vivis.
Dormierat paulum, quum forte ex arbore glandem
Naribus illapsam sentit, et evigilat.
Police contusum dum mulcet et indice nasum,
Implicitum barbae missile prendit onus.
Nare dolens, animo respicere coepit, et: — « Attat!
Nostra proboscis — ait — tota cruro madet.
Quid, si me gracius lascisset glande minuta
Telum? si cucumis massa rassuset iners?
Noluit at mea dama Pater, qui cuncta creavit
Providus: hanc, fateor, res mihi tota liquet.
Rusticus, his dictis, laudator Numinis aequis
Ad sua, iam sapiens sumida tecta redit.*

CXXIII. — PUER, LUDIMAGISTER
ET HORTI DOMINUS.

*Ludus erat, pueris ubi prima elementa magister
Tradebat stolidus, doctus at ipse sibi.
Inspiriens doctor fatuos fingebat alumnos,
Improboulos, alacres in genus omne dolit.
Ex his unus erat, qui, fracta sepe, propinquuo
Flores ex horto pomague surripiperet.
Hunc Pomona ferax hortum sibi legerat aulam;
Legerat hanc, alio tempore, Flora nitens.
Vere novo, puer ille piram concenderat altam,
Nidum rapturus dulce canentis avis.
Dum reptat, genibus conans manibusque, tenellam
Spem terit autumni: germina pomifera.
Furciſer et ramos solidos abrumpit, herusque
Haec illata piro vulnra cruda videt.
Iratus mittit, qui nuntiet acta magistro;
Stipatusque sua pube, magister adest.
Quo duce, confestim legi puerilis in hortum
Irruit, heu! peior fure priore cohors.
— « Hos — ait — adduxi (qua re doctor noxa damna
Intulit, officium visus obire pium);
Adduxi, morum censor, qui voce severa
Terrem furax, tempus in omne, genus.»
Protinus effundit quidquid Cicero Maroque,
Quidquid de furto Graecia tota docet.
Dum prolixa fluit facundia, prava inventus
Hortum sexcentis est populata locis.
Rhetoris ampullas odi sine fine sonoras,
Murmure quae feriunt aera somnifero.
Taedia fert puer addiscens elementa; magistro
At stolido non est peior in orbe pecus.
Cum neutrō, fateor, velle traducere vitam;
Commoda cum neutrō curreret hora mihi.*

(1) Cfr. an. VII, n. II.

GEOGRAPHICAE NOTAE.

Explorations per Africam.

AFRICA nobis praebat hodie argumentum: inde enim maxime recentes expeditionum notitiae. A ripis Nili fluminis alterius, cuius est nomen caeruleum, Wilhelmus Mac-Millan Americanus iterum contendit, exemplo Kutiae infasto minime deteritus, ut eius omnem cursum investigaret. Mens itineris fuit, ut facilis mercibus Anglorum Aegyptiorumque devehendis et commutandis via tandem aliquando sterneretur. Audax itaque viator Kartum brevi urbem relinquat, Sobat flumen una cum Harringtonio Anglo tribuno persuleabit: neque i tantum, sed Skinner quoque, ad Massilienses Americanorum legatus, putat suae gentis commercia, quae per Aethiopum terram florescant, maximi ponderis fieri.

Ex Berberis australibus Guillonius Lohan, Gallus subcenturio, ad Touaregos descendens, eorum per terras cum suo manipulo varias sustinuit pugnas. Post deductas inibi a tribuno Laperrine et a subcenturione Cottenest expeditiones, novas iuvenis miles vias multis laboribus perquisivit et peragravit, novasque lustravit terras hactenus ignotas: Koudienses nordicos montes, Tarabinias planities, Oudensem terram omnem; notaque fecit itinera, quae Kou diensibus ex locis in Hoggarensim regionem dederunt. Praeterea Lohanii expeditione factum est ut Touaregii barbari Gallorum iugi impatientes subdite et demisse acceptis cladibus modo ferant, neque diu profecto sint decussuri.

Engelhardus autem centurio Germanorum in Camerunia terra Bertua ex urbe ad Yaunde litus, Long inter et Congo flumina discurrit. Lentus ubique aquarum cursus, solumque late palustre; haud satis enim eminent iuga montium, ut aquae hinc et inde defluant ad aequor. Itinera igitur per ardua et aspera, Dumque flumen unius vix metri altitudine per quadrigenita metra late fluctus in cursu pandit. Bantuenses ibi genere barbari, Makani et Gokumani carnibus humanis vescuntur, captivosque belli manduant. Sed tamen Germanos benignissime exceperunt, quibus tabacum, saccarum, bananum, far cultum in iis arvis videre datum est, ebur atque gummis uberem copiam, ita ut Haussanum commercium ea per loca deduci posse explorator sit arbitratus, ne ibi Angli tantum et Galli ulterius ditarentur.

Pluchler Limpur expeditiones deduxit per nordicam Crossii fluminis regionem, cuius aquas navibus aptas cognovit, ut pariter Minamenni et Munayanii fluminum fluctus invenit. Steinhausen vero assessor reipublicae Bemenda regiones pascuis divites lustravit, atque Bakkossi fertile solum: postremo Hirtler centurio ad Bamum contra Bamettas barbaros armata manu exiit, qui cognita hostium virtute, una cum finitimis foedus pacis statim ferire. Ut vero ex Camerunii locis ad Tschad lacum via patet, modo Germani praesertim intendunt.

Quibus fortibus viris eamdem ominamur fortunam et gloriam, quae Stanley illi contigit,



Maria Magdalene ad pedes Iesu.

(Tabulam MARIAE SUBLERAS TIBALDI Romae in Capitolo asservatam photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

vita functo Londini d. x superioris mensis Maii; cuius memoria iure meritoque celebranda est.

Henrius Moreton, qui deinde nomen Ioannis Rowland Stanley ex adoptione suscepit, ortus erat Denbigh in oppido an. MDCCXL. Quindecim annos natus in nauticos alumnos sese adscripsit, ac litora Civitatum foederatarum nor dieae Americae petiit. Cum Neo-Aurelianensem urbem obtinuisset, mereatori euidam sese applicuit, qui eum quasi liberum sumpsit, sed brevi intestato mortuus inter angustias reliquit. Henricus foederatorum militiam ingressus est, belloque tune sese agitanti interfuit; pace tandem composita Anglicam expeditionem in Abyssiniam sequutus est ut eius belli vices Americano commentario *New-York Herald* referret, deinde ut Livingstone exploratorem reperiit, quem reapse invenit Ujiji ad Tanganyka lacum, quem una cum eo longe lateque exploravit, cognovitque minime in Nilum flumen suas aquas dimittere. Anno MDCCCLXXIV in Africam rediit, quumque Victoria-Nyanza lacum detexisset, Ougandae regem visitavit eumque Christianum fecit. Postea ad Nili fontes investigandas perrexit pluraque scientiae acquisivit, donec an. MDCCCLXXXVI notissimam illam ac periculorum plenam expeditionem suscepit, ad Emin Pacha inquirendum eiusque aciem extreamam: post quam privatus vixit ad libros de suis itineribus conscribendos unice intentus.

MARIA MAGDALENE.

VETUS apud historicos et sacerorum librorum interpretes est disceptatio, quae tandem haec foemina fuerit; alii enim sororem Marthae et Lazari eam volunt, alii mulierem piissimam fuisse contendunt, quae per Iesum a daemonibus liberata, gratia animi fideique eaussa ubique Christum sequuta fuerit mortisque eius adstiterit; sunt denique, neque iidem pauci, quae a foemina peccatrice, cuius nomen in Evangelio (*Luc.* VII, 36) siletur non distinguendam censeant, eam immo unam eamque exstisit autem, quam mulierem a demonum con tuberio solutam.



Guidonis Reni tabula Mariam Magdalene meditantem effingens.

(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

Qui quidem his coniecturis opinionem suam tueri student: Iesus - aiunt - post restitutam filio viduae Nain vitam, urbem ingressus, apud Simonem Phariseum cibum degustatus divertit, Inter haec, malae famae mulier domum ingressa, retro secus Iesum stans, quippe qui iuxta morem mensae accumbebat in lecto, fracto quod secum detulerat alabastro, pretioso unguento pedes perfudit, inde illos osculata, ac lacrimis irrigans, coma tandem capititis detersit. Eam rem Pharisaeus intutus, tacitus apud se reputabat, nescire Christum, quamvis se prophetam iactitaret, se a foemina non optimae famae contingi. Iesus secreta animi illius rimatus, quae sivit ab illo eequid de duobus debitoribus censeret, quorum alteri quingentos denarios, alteri quinquaginta creditor remisisset; uter, inquam, ex illis humanum creditorem plus amaret. Illico Simon reputare se declaravit illum magis benevolo futurum in creditorem animo, cui maius

debitum condonatum esset. Tunc Iesus amorem in se foeminae extollens, addidit deinde plurima illi crimina se condonare, quod ab illa plurimum diligenter; cui vero minus remittitur minus amat (1). Tandem conversus ad mulierem: En, ait, peccata tua remissa sunt. - Subsequenti capite S. Lucas narrat Iesum urbes una cum Apostolis evangeliae praedicationis gratia exurrisse, comites vero itineris habuisse foeminas nonnullas, quas immundi spiritus contubernio sive morbis liberaverat, inter quas aderat « Maria, quae vocatur Magdalene, de qua septem daemonia exierant ».

Fatemur quidem deductam hue usque historiam eam non esse, quae ambas foeminas unam eandemque esse liquido demonstrent; sed huius opinioni sustinendae nullum validius argumentum occurrit, neque alia de causa retulimus quam ut traditionem explicaremus, quae tot tantaque christiana artis monumenta edidit, quorum specimen in his Commentarii nostri paginis videre est.

Ut itaque rem aliquo modo absolvamus - desumptum enim consilium scribendi fuit a Mariae Magdalene commemoratione, quam catholica Ecclesia ad diem XXII Iulii mensis constituit -, alia brevi addemus, quae de foemina ipsa ab Evangelii traduntur.

Maria Magdalene inter mulieres itinerum Iesu Christi comites pro more Iudeorum illi ministraturas recenset. Cum Iesus e Galilaea Hierosolymam postremo venisset, venit una et Magdalene, agentique in cruce spiritum cum Virgine iuxta adfuit, neque antea discessit, quam quum eum sepulcro reconditum vidi; regressura deinde post comparata condiendo cadaveri aromata et requiem sabbati evolutam. Ad auroram igitur Dominicæ tres simul mulieres, Magdalene, Maria mater Iacobi, et Salome ad monumentum perrexere. Quum irent, rationem lapidis amovendi ab ostio eiusdem sepulcri inibant, quum subito terram concuti - resurrectionis Dominicæ indicium - senserunt (2). Quum ad locum pervenissent, duos angelos nactae sunt, a quibus de resurrectione Christi certiores factae; statimque eius rei nun-

(1) *Luc.* VII, 47.(2) *Marc.*, XVI, 1-2; *Luc.*, XXIV, 1-2.

cia Magdalene ad Petrus et Ioanne Magdalene cucurram locum corporis, Magdalene subribus eiusdem sep dnos ad utrumque gelos intuita, quid est. Quum respondet corum sublatum D. esset, retro interitem vium habuit. Maria cuins speciem refecit defuncti corpus et Iesus nomine illatus, pedes osculari se ad Patrem ascenderunt. Tandem erat ac si deinde opportunitas eam ad fratres suos ad suum eorumque piendum (1). Ita plan prima e mortuis res.

Ut denique cum Iacobus amore flagrante quae nunc peccatrix Maria Magdalene, soror appellatur.... ita saltem graphicæ forma non prius a Magdalene in Evangelio dicitur, quae quum agat, pulchritudine sicut.

EX ALIO

De artium recensione

OPERUM inventorum ricanii nos indomiam celebranda provincia et urbs in foedus cooptata est.

Est enim provinciæ bus, sive fodinarum sima, quas America Flumina heic continent maxima duo, Mississipi quamobrem aueta et rurum copia accedit. Cuius ad octo millia usque nales provinciae ad mercia paene omnianno MCM, medium quod Nordieæ civitas ex Aloisianæ terra modi divitias Galliensi pace eas terrarum vicissim ex m oportebat.

Non iniuria itaque lium suum ita fervidinè ginensem, eamque nem prorsus super facile neque leve fuit tamen omnes, qui C

(1) Cf. *MATH.*, XXVIII, IOAN., XX, II, 17.(2) *Della vita di Gesù*

cia Magdalene ad Apostolos convolavit. Tunc Petrus et Ioannes illico ad sepulcrum cum Magdalene cucurrerunt; Apostolis tamen, postquam locum corpore vacuum viderunt, regressis, Magdalene substitit; quae quum interioribus eiusdem sepulcri servandis inclinaretur, duos ad utrumque extremum excubantes angelos intuita, quidnam ploraret ab illis rogata est. Quum respondisset, nescire se ubinam locorum sublatum Domini sui corpus reconditum esset, retro interim conversa, Iesum ipsum obvium habuit. Maria eum virum agricolam rata, cuius speciem referebat, quaesivit ab illo an defuncti corpus et quoniam substulisset. Tunc Iesus nomine illam appellans, statimque agnitus, pedes osculari volentem prohibuit, nondum se ad Patrem ascendisse significans; quod tandem erat ac si dixisset videndi se maiorem deinde opportunitatem habituram. Iussit autem eam ad fratres suos apostolos referre se iamiam ad suum eorumque Deum et Patrem esse recipiendum (1). Ita plane Maria Magdalene omnium prima e mortuis regressum Salvatorem vidit.

Ut denique cum Fornario coneludam (2), animus amore flagrans, dolore nutritus, en mulier quae nunc peccatrix ad Deum conversa, nunc Maria Magdalene, nunc Marthae ac Lazari soror appellatur.... Amor hic quem alit dolor - ita saltem graphiche insculptus - est sanctitatis forma non prius ab historia accepta quam Magdalene in Evangelii appareat: poenitentia dicitur, quae quum perfectionis gradum attingat, pulehritudine sua fere innocentiam adaequat.

EX AMERICIS

De artium recensione ad urbem S. Aloisi.

OPERUM inventorumque maximas ferias Americani nos indiximus, ad saecularem memoriam celebrandam quo primum Aloisiana provincia et urbs in nordicum Americanorum foedus cooptata est.

Est enim provincia haec sive terrae fructibus, sive fodinarum thesauris omnia ditissima, quas Americanae civitates coniungunt. Flumina heic confluent nordicae Americae maxima duo, Missourianum et Mississipiente: quamobrem aucta semper in dies commerciorum copia accedit. Officinae, - mirabile dictu! -, ad octo millia usque enumerantur, ac meridionales provinciae ad occidentem versus sua commercia paene omnes commutant. Simul vero, anno MCM, medium circiter graminum pondus, quod Nordicae civitates foederatae collegunt, ex Aloisianae terrae finibus missum est. Huimodi divitias Galli amiserunt quum Westfaliensi pace eas terras Anglis concessere, quorum vicissim ex manibus effugere eas deinde oportebat.

Non iniuria itaque Aloisiani incolae consilium suum ita servide suscepserunt, ut Chicaginensem, eamque recentem artium recensionem prorsus superarent, quod tamen neque facile neque leve facinus apparebat. Viatores tamen omnes, qui Chicaginensem Iustificationem

(1) Cfr. MATTH., XXVIII, 25 et seqq.; MARC., XVI, 6 et seqq.; IOAN., XX, 11, 17.


(2) Della vita di Gesù Cristo, lib. II, c. VII.

visitarunt, hanc, duodecimo exinde anno, conflatam longe ditionem diuidicarunt. Viae ferreis stratae axibus pone viginti eam circum urbem obvolvunt, unaque iis meta est, quam Unionis Stationem (*Union Station*) vocant; a Neo Eboraco vero urbe capite unius diei itinere ferreis vehibus Aloisium attingere datur.

Sodalitas historicorum Missouriana novae huius condendae Iustificationis primum consilium suscepit. Eam anno MDCCXCIX ineunte legati artium omnium ad suffragium vocati decreverunt, quoadusque anno MCMI, quum de

quas non Americani tantum cives edidere atque protulerunt, sed undique gentium ad communem conventum mitti contigit.

Cives namque nostri notam veterem atque rudiorem, quam aemuli complurimi in ingentes eorum copias inferebant, protinus delevere. Iamque non minus liberalium artium laude valere apparent quam et sedulitate operum et sagacitate negotiorum semper valuerint. Quod et ipsa hodie evincit totius recensionis facies universa, quam lectissime plane et comptissime delinearunt et perfecerunt. Illud vero non sine



Christus Mariae Magdalene sese post resurrectionem obvium praebet.
(ANGELICI FAESULANI tabulam Venetiis asservatam photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

ingenti re pecunaria in ausum erganda satis esse caustum apparuit, litterae praesidis quo cumque gentium datae sunt, quibus omnes populi ad communis ferias convocabantur.

Hodie autem post triennium peracta res est, ingens plane monumentum, cuius specimen innumera sive in artibus liberalibus provehendis, sive in disciplinis sapientiae fovendis, sive in operibus hominum perficiendis maximum iuvamen erit.

Nam centrales aedes, easque proceras maxime, unde radiorum ad instar reliquae domus derivantur, liberalium artium portenta compleant,

utilitate curarunt, iure rati tum ad cives tum ad peregrinos alliciendos aedium venustatem et splendorem non minus quam magnificientiam conferre. Quamobrem domus illa sive tholus, quibus liberalium artium specimen concluduntur, ut omnium vetustissima sunt, ita visu præter morem dilectissima apparent, quum neque marmorea materies in iis adstruendis defuerit. Ibi splendidissimum est et optatissimum visitantibus hospitium Bramantis, Italie illius celeberrimi artificis, ad modum veluti eretur, cuius circum virides ripae ad lacum per declive descendentes, in aquarum speculum col-

lustrant. Per lacum autem atque per rivos omnis rationis et modi naviculae discurrunt tum Veneto more tum Sinensi, levissimae vel graviore, tum veteres tum recentes; rates enim ignita vaporis vi vel electridis virtute actae non desunt, quae hinc inde et homines conferrant atque deducant.

Quod tamen culmen splendoris et magnificentiae prorsus attingit electrides pariter dedit, cuius abdita vi innumerabiles lampades ubique incedunt, aedes coronant, illuminant, complent, et quasi luminum infinito fluetu clarificant. Itaque noctis tempore ad aedes accedentes eas omnes tanto fulgore repletas contemplantur, ut quasi incendium, innoxium quidem, sese videre arbitrentur, quo omnis paene moles aedificiorum absumatur. Non enim hi sunt bellie rogi, non eladis rubores, sed pacis, sed laboris, sed ascensionis humanae incendia et gloriae. Iamque Americani cives illud quodammodo attigisse videunt, quod alter ex nostris, Withmanus, in suo libro *Passing Bird* inscripto vaticinabatur, nostram gentem ea de causa esse obortam, ut artibus hominum industribus veluti immane templum constitueret. Id profecto Aloisiana haec lustratio ad verbum plane complevit.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Episcoporum et Regulacionis:

— Standum est praxi communiori, iuxta quam Superior ante expostulationem dispensationis circa tempus admissionis ad vota solemnia ad triennium constitutum exquirit votum Capituli mere consultivum, adnotando tamen in ipsa supplicatione, quale fuerit iudicium Capituli circa personam candidati, quin postea, obtenta S. Sedis dispensatione, alterum votum expostulet. (Ex deer. d. xxvi mens. Ianuarii an. MDCCCCIII).

— Dos monialis durante triennio votorum simplicium defunctae monasterio cedere debet. (Ex deer. d. xxvi mens. Martii an. MDCCCCIV).

Ex Congregatione Indicis:

— In indicem librorum prohibitorum relata sunt opera quae sequuntur:

CIRO ALVI, *S. Francesco d'Assisi*, romanzo. (Milano-Palermo-Napoli. 1905).

ALBERT HOUTIN, *L'Américanisme*. (Paris, 1904).

ANTON VOGRINEC, *Nostra maxima culpa!* Die bedrängte Lage der katholischen Kirche, deren Ursachen und Vorschläge zur Besserung. (Vien und Leipzig, 1904). — (Decr. d. iii mens. Iunii MDCCCCIV).

— CAROLUS DENIS et MICHAEL GEORGEL decreto S. Congnisi edito d. iv mens. Decembr. an. MDCCCCIII, quo libri ab iis conscripti notati et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, laudabiliter se subiecerunt.

Ex Congregatione Sacrarum Indulgentiarum et Reliquiarum:

— Omnes Christifideles, die ab eisdem eligendo, sacramentali confessione rite expiati sacrae Synaxi refecti, plenariae indulgentiam in ipso mortis articulo iureri valent, quum vero caritatis in Deum affectu actum qui sequitur ediderint: « Domine Deus meus, iam nunc quodecumque mortis genus prout Tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus, poenis ac doloribus de manu tua aequo ac libenti animo suscipio ». (Ex deer. d. ix mens. Martii an. MDCCCCIV).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum:

— Non potest cantari *Passio Dñi* feria vi in Paravice lingua vernacula, licet consuetudo immemorabilis existet.

Non licet item in vulgari lingua cantari hymnus *Tantum ergo, Genitori neque Litaniae Lauretanæ exposito SSmo Sacramento*.

Neque potest adhiberi idioma vernacularum in administratione communionis extra Missam.

In administratione baptismi adhiberi potest vernacula lingua quadrum quæstiones et responsa patrini vel matrinæ, si eadem a parocho prius sermone latino recitentur.

In precibus a Summis Pontificibus Missa finita praescriptis potest vernacula lingua adhiberi, dummodo versio sit fidelis et ab Ordinario approbata. (Ex deer. d. v Martii an. MDCCCCIV).

— Festa S. Benvenuti et S. Agnetis ad ritum dupl. II cl. pro universo Fratrum Minorum Ordine eveniuntur. (Ex deer. d. xii mens. Martii an. MDCCCCIV).

— Religiosi viri in America Latina degentes et proprio calendario utentes non tenentur ad festa singulorum locorum, nisi eadem aliquando acceptaverint. (Ex deer. d. xxvi mens. Martii an. MDCCCCIV).

— Missionariis Ordinis Capulatiorum S. Francisci extenditur licentia celebrandi sabbatis per annum Missam votivam de Immaculata Conceptione B. M. V. (Ex deer. d. xxvi mens. Martii an. MDCCCCIV).

— Quod spectat ad praecedentiam Episcoporum inter se, unice standum est tempori promotionis et confirmationis. (Ex deer. d. xv mens. Aprilis an. MDCCCCIV).

FACULTATES EXTRAORDINARIAE QUAE PER SACRORUM RITUUM CONGREGATIONEM EX AUDIENTIA SANCTISSIMI OBTINERI POSSUNT.

I. *Facultates extraordinariae in causis Beatificationis et Canonizationis Servorum Dei.*

1. Deputandi Episcopos, in numero a Generalibus Decretis designato, ad construendos Processus Apostolicos.

2. Prorogandi terminum ad explendos Processus Apostolicos.

3. Indulgendi aperitionem Processum Ordinaria non minus, quam Apostolica Auctoritate construtorum, attamen adiecta clausula: *serratis servandis.*

4. Proponendi in Congregatione Ordinaria absque interventione et voto Consultorum Dubia: I. Validitatibus Processuum: II. Signaturae Commissionis Introductionis Causae: III. Reassumptionis Causae ad Canonizationem: IV. Singula, quae communiter nunquam minora: V. Causas adprobacionis seu confirmationis Cultus immemorabilis.

5. Proponendi Dubium in Congregatione Ordinaria Signaturae Commissionis Introductionis Causae, quavis non defluxerit terminus requisitus decem annorum a presentatione Processum Ordinaria Auctoritate constructorum.

6. Proponendi Dubium supra Virtutibus, quamvis requisitus terminus quinquaginta annorum non defluxerit a morte Servorum Dei, de quibus agitur.

7. Concedendi Litteras particulares Sacrorum Rituum Congregationis cum Instructionibus R. P. D. Sanetae Fidei Promotoris: I. Ad perquirendam scripta Servorum Dei: II. Ad recognoscenda, vel transferenda eorum corpora, seu reliquias: III. Ad extrahendas reliquias pro Beatificatione. — Quocumque alio in casu a R. P. D. Sanetae Fidei Promotore Instructiones conficiuntur in Causis Servorum Dei particularibus hisce litteris semper accludendae.

8. Concedendi easdem Litteras particulares quoties eae spectent ad executionem alieuius Decreti Saerorum Rituum Congregationis, vel pertineant ad aliquam notitiam, quae a R. P. D. Sanetae Fidei Promotore desideretur in Animadversionibus etiam in Monasteriis clausuræ inquirendam.

9. Indulgendi compulsionem Processum Informativorum in Apostolicos.

10. Concedendi Litteras Remissoriales pro constructione Processum ne pereant probationes, ante examen Dubiorum de Cultu non exhibito, et de Fama sanctitatis.

11. Concedendi Litteras Remissoriales pro constructione Processum auctoritate Apostolica, dirigendas non modo Episcopis iuxta Generalia Decreta, verum alius iuxta exempla allata a sa. me. Benedicto Papa XIV in opere de *Canonizatione Sanctorum*, lib. 2. cap. 5, et aliis etiam de quibus aliquod exemplum inveniatur, iuxta circumstantiarum varietatem.

12. Deputandi Emos Cardinales Sacrorum Rituum Congregationis a Postulatoribus requisitos in Ponentes seu Relatores Causarum Beatificationis et Canonizationis.

N. B. *Supradictae facultates*, quamvis ex Audientia SSmi obtineri debeant, a Saera tamen Congregatione, *vigore facultatum sibi specialiter tributarum*, immediate concedi possunt, *quoties necessitas urgeat, et ad Summum Pontificem non habeatur accessus.*

II. *Aliae Facultates extraordinariae.*

1. Altaria fixa consecrandi per Sacerdotem.

2. Altaria portatilia » » »

3. Altarium (Ad) consecrationem subdelegandi *Pro Episcopo.*

4. Altare portatile erigendi sub dio.

5. Altarium consecratorum titulum mutandi.

6. » » imagines »

7. Ablutiones in Missa cum sola aqua peragendi.

8. Absolutiones impertiendi in exequiis post Missam lectam.

9. Benedictionum formulas proprias adprobandi.

10. Benedicendi novum Abbatem die feriali.

11. Benedictionem solemnem impertiendi nomine Summi Pontificis.

12. Benedictionem solemnem impertiendi post Missam Pontificalem.

13. Benedictionem solemnem impertiendi post Extra Missam.

14. Benedictionem eamdem cum dispensatione a lectura Brevis.

15. Barbam deferendi.

16. Basilice minoris titulum concedendi.

17. Beatorum imagines exponendi.

18. Beatorum reliquias deferendi in solemnni processione; servata Instructio R. P. D. Sanetae Fidei Promotoris.

19. Beatis dedicandi altaria.

20. Consecrationem (Ad) altarium fixorum et portatilium subdelegandi *pro Episcopo.*

21. Consecrandi Episcopum die feriali.

22. » Ecclesiam cum nonnullis dispensationibus.

23. Chori parvi aperiendi in Ecclesiis et Oratoriis.

24. Candelarum numerum reducendi in expositione SSmi Saeramenti.

25. Dedicationis Anniversariorum una eademque die ab omnibus Ecclesiis alieuius Dioecesos, Ordinis, Congregationis, etc., celebrandi.

26. Dispensandi a Missa feriae, vigiliae, etc., *pro Capitulo.*

27. Dispensandi a ieunio ante consecrationem altarium.

28. Festa Beatorum extendendi ad Dioeceses et Ecclesiis.

29. Festorum ritus elevandi ad Duplex maius, 2^{do} et 1^o classis.

30. Festorum ritus reducendi a dupl. mai., 2^o et 1^o classis ad inferiorem ritum.

31. Habitandi super Ecclesiam.

32. Insignia specialia Episcopis, Canonicis, Parochis, Dignitatibus, etc., indulgendi, et throni usum Episcopi coadiutori.

33. Kalendaria particularia concedendi, reformati, etc.

34. Missae Conventualis legendae, vel non.

35. Missas proprias concedendi et adprobandi, iuxta proxim.

36. Missam celebrandi cum nonnullis dispensationibus.

37. » » propriam in quadrivio.

38. » » propriam in octavario.

39. » » in interiori clausuræ sacello.

40. » » votivam B. M. V. in Sanctuariorum.

41. Missam »
42. »
43. » et post meridi
44. Missam communitate
45. Officii f
46. » r
47. » horam pomeri
48. Officia mend.
49. Patroni
50. » classe vel uniu
51. Purificatio benedictione
52. Pileolum pite tegendum.
53. Portam
54. Processio ferendi ad hor
55. Pontificale
56. Rocheta
57. Ritus et gicos iuxta pr
58. SSnum I ad tempus in Sanetmonialium
59. SSnum I in Oratorio Ep
60. SSnum I in Civitate cap
61. Vespertas pandi ante me
62. Erigendi domibus religio
FA
QUAE PE
1. Altaris p
torum.
2. Abluendi lib
3. Benedictio Vigilia Epiph
4. Benedictio quae indigent f
5. Benedic
6. »
7. »
8. »
9. »
10. »
11. »
12. »
13. »
14. Benedic
15. »
16. »
17. Benedic mteria per Sa
18. Benedic mteria per sa
19. Benedicti bus saera une Episcopo.
20. Benedicti S. Annae.
21. Consecra delegandi pro
22. Consecra privatim perfic
23. Consecra numero.

41. Missam votivam alicuius Sancti in Sanctuariis.
 42. » *Rorate* celebrandi durante Sacro Advenio.
 43. » celebrandi duabus horis ante auroram et post meridiem.
 44. Missam celebrandi Feria V in Coena Domini pro communitate cum Communione Paschali.
 45. Officii feriae in aliud commutandi.
 46. » recitationem anticipandi in choro.
 47. » » ante secundam horam pomeridianam pro aliquo ecclesiastico.
 48. Officia concedendi, extendendi, vel supprimendi.
 49. Patroni eligendi et approbandi.
 50. » » » pro universa classe vel universitate.
 51. Purificationis B. M. V. festum transferendi cum benedictione candelarum.
 52. Pileolum gestandi et vittas ad vulnus in capite tegendum.
 53. Portam Ecclesiae contiguam aperiendi.
 54. Processionem in festo Corporis Christi transferendi ad horas pomeridianas.
 55. Pontificalium usum concedendi Canoniceis, etc.
 56. Rocheto utendi *pro Episcopo Regulari*.
 57. Ritus et Caeremonias itemque Libros Liturgieos iuxta praxim adprobandi.
 58. SSimum Eucharistiae Sacramentum asservandi ad tempus in Oratorio privato Communitatum et Sanctimonialium.
 59. SSimum Eucharistiae Sacramentum asservandi in Oratorio Episcopi.
 60. SSimum Eucharistiae Sacramentum deferendi in Civitate capite tecto, galero vel pileo vel pileolo.
 61. Vesperas, sine vel cum Completorio, anticipandi ante meridiem in Choro.
 62. Erigendi alia Oratoria praeter principale in domibus religiosis, iuxta decretum 4007 Nivernum.

FACULTATES ORDINARIAE

QUAE PER S. R. C. OBTINERI POSSUNT.

1. Altaris portatilis erigendi ante Imagines Beatorum.
 2. Abluendi linteamina sacra *pro Sanctimonialibus*.
 3. Benedictionem solemnem aquae peragendi in Vigilia Epiphaniae.
 4. Benedictionum formulas approbatas adhibendi, quae indigent facultate Apostolica.
 5. Benedicendi, speciatim, candelas in honorem S. Joseph.
 6. » cingula, candelas in honorem S. Ioseph.
 7. » annulos, candelas in honorem S. Ioseph.
 8. » coronas angelicas S. Michaelis.
 9. » aquam in honorem S. Ignatii Conf.
 10. » numismata S. Benedicti Abb.
 11. » omnia scapularia.
 12. » quatuor scapularia sub unica formula.
 13. » parvam imaginem, ad instar scapularis S. Cordis Iesu.
 14. Benedicendi nolas.
 15. » non exclusa aqua.
 16. » sacras suppellectiles, in quibus sacra unctione non adhibetur.
 17. Benedicendi, seu reconciliandi Ecclesias et Coemeteria per Sacerdotem.
 18. Benedicendi, seu reconciliandi Ecclesias et Coemeteria per sacerdotem cum aqua a sacerdote benedicta.
 19. Benedictiones (Ad) Episcopo reservatas, in quibus sacra unctione non adhibetur, subdelegandi *pro Episcopo*.
 20. Benedictionem impertiendi infirmis in honorem S. Annae.
 21. Consecrationem (Ad) calicium, patenarum subdelegandi *pro Episcopo*.
 22. Consecrationem Altarium per formulam brevem privatum perficiendi.
 23. Consecrandi Olea sancta minori Ministrorum numero.

24. Comam adscititiam gerendi.
 25. Confessionem sacramentalem in privato oratorio peragendi.
 26. Dispensandi a recitanda IX Lectione Officii simplificati *pro Monialibus*.
 27. Dispensandi quamecumque ecclesiasticam Communim instantem ab adiunctis Officio feriali, nempe a Psalmis Poenitentialibus et Gradualibus, nec non ab Officio parvo Beatae Mariae Virginis, et Defunctorum.
 28. Festa extendendi ad Dioeceses et Ecclesias.
 29. Festorum ritus elevandi ad Dupl. min.
 30. » » reducendi a duplice minor. ad inferiore ritum
 31. Functiones hebdomadae maioris peragendi in Oratoriis Sanctimonialium, Religiosorum, etc.
 32. Functiones supradictas et similes celebrandi, adhibito Memoriali Benedicti XIII, in Ecclesiis et Oratoriis praesertim Sanctimonialium, Religiosorum etc.
 33. Imagines detegendi tempore Passionis.
 34. Indumentorum usum ex lana vel gossypio confectorum permittendi, donee consummentur.
 35. Matutini privatam recitationem anticipandi.
 36. Missam celebrandi nocte Nativitatis Domini *pro Oratoriis privatis et pro Oratoriis Sanctimonialium, vel Communitatibus*.
 37. Missas votivas omnes celebrandi *pro caecuente*.
 38. » » » *pro caeco*.
 39. » proprias celebrandi in Triduo.
 40. » » aliquia die, praesertim pro Sacerdote novensili.
 41. Missam propriam celebrandi in Oratorio etiam privato.
 42. Missas plures celebrandi in Oratorio privato (ter in anno).
 43. Missas plures celebrandi in Oratorio privato die Titularis.
 44. Missas plures in Oratorio privato occasione infirmitarum Indultariorum.
 45. Missam celebrandi in mari.
 46. » » in carcere.
 47. » Votivam B. M. V. vel alicuius Sancti etc., in Sanctuariis *pro Sacerdotibus peregrinis, aut ducibus peregrinorum*.
 48. Missam Votivam Passionis in Hebdomada Maiori.
 49. Missam de Requie pluries in hebdomada pro Ecclesiis cum cantu.
 50. Missam de Requie lectam ad nuncium mortis.
 51. » una hora ante auroram et post meridiem.
 52. Missam Feria V in Coena Domini *pro Sacerdote*.
 53. Missam cantatam absque Ministris cum thurificatione.
 54. Missam solemnem nec non Missas lectas proprias occasione festivitatis extrinsecæ alicuius Sancti, vel Beati vel Mysterii iuxta praxim.
 55. Missam solemnem de Communi, ubi asservatur Corpus alienius Sancti Martyris nominis proprii.
 56. Missas lectas celebrandi de Communi, ut supra.
 57. Officii divini recitandi et Missae peragendae iuxta Kalendarium propriae Religionis *pro Regularibus, qui eiusdem Religionis habitu, iusta de causa, dimiso, in statu seculari versantur, usque dum residentiali aliquo Beneficio non provideantur*.
 58. Officii Divini recitationem commutandi et dispensandi.
 59. Officii recitationem anticipandi.
 60. Officia transferendi.
 61. Oleum sanctum adhibendi ab anno benedictum.
 62. Oratorium privatum erigendi tum domi tum ruri, *pro Sacerdotibus infirmis*.
 63. Oratorium, ut supra, cum adimpleto praecetti, exceptis diebus solemnioribus, pro cohabitantibus.
 64. Oratorium, ut supra, *pro altero Sacerdote*, impedito Sacerdote indultario.
 65. Oratoria privata erigendi in Coemeteriis tum ad familias tum ad Communitates spectantia.
 66. Paramenta caerulei coloris permittendi in Missa de Festo aut votiva Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis *pro regno Hispanico et regionibus nunc vel olim eidem subiectis*.

67. SSimum Eucharistiae Sacramentum asservandi sub consuetis clausulis in Ecclesiis non Parochialibus, Oratoriis publicis et semipublicis.

68. SSimum Eucharistiae Sacramentum asservandi cum dispensatione a quotidiana Missae celebratione, iuxta praxim.

69. SSimum Sacramentum distribuendi in Oratorio privato, excepto Paschate.

70. SSimum Sacramentum deferendi, capite tecto galero, pileo, vel pileolo, *extra civitatem*.

71. SSimum Sacramentum exponendi in forma XL Horarum, cum dispensatione ab oris nocturnis.

72. Extensiones Officiarum et Missarum propriarum et adprobatarum.

73. Evehendi festa ad ritum duplique maiorem.

74. Satisfaciendi praeepto audiendi Saerum in Oratoriis privatis:

a) Pro personis cohabitantibus; b) Pro hospitiis; c) Pro consanguineis et affinibus.

75. Altera Missa in Oratoriis privatis:

a) Pro unico Sacerdote hospite; b) Sexies per annum.

76. Privatam Matutini cum Laudibus recitationem anticipandi pridie ab hora prima post mer. cum aliqua rationabilis causa.

77. Altera Missa in Oratorio privato, quoties Indultarii ad S. Synaxim accedunt.

78. Missa in Oratorio privato solemnioribus diebus.

79. Missa in Oratorio privato diebus festis Assumptionis et S. Patroni.

80. Ut commensales et Coloni satisfacere valeant praeecepto Saeri audiendi, Missae adstante in Oratorio privato.

Ex Audientia SSmi, die 7 Septembri 1903.

Praedictae facultates a SSmo Dño Nostro Iio Papa X ea lege munera sunt, qua nec immutari nec augeri, absque Summi Pontificis venia, unquam possint; deque legis ipsius custodia S. R. C. Secretarii et Substituti conscientia omnino oneretur.

S. Card. CRETONI, *Praefectus*.

L. ♦ S. [†]

† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius*.

ACTA PONTIFICIA.

Litterae de mandato SSmi. a Cardinali publicis Catholicae Ecclesiae negotiis praeposito ad omnes Episcopos missae de Ecclesiae legibus in unum redigendis.

Illiue ac Revme Domine,

Pergratium mihi est Amplitudini Tuae mittere Litteras, quas Beatissimus Pater nuper Motu proprio edidit de Ecclesiae legibus in unum redigendis.

Ad normam autem tertiae ipsarum paragraphi, inter Consultores a Patribus Cardinalibus, Pontifice probante, hic Romae commorantes, adnumerati sunt, quibus alii postea adiungentur:... (1).

Cum autem, ut in quarta paragrapho edicitur, ea Sanetitatis Sua mens sit, ut universus Episcopatus in gravissimum hoc opus, quod totius catholicae Ecclesiae bonum utilitatemque summopere spectat, concurat atque conspiret, idecirco Beatissimus Pater mandat, ut singuli Archiepiscopi, auditis Suffraganeis suis aliisque, si qui sint, Ordinarii qui Synodo Provinciali interesse deberent, quamprimum, idest non ultra quatuor menses a receptis his Litteris, hinc Sanctae Sedi paucis referant, an et quena in vi gente iure canonico, sua eorumque sententia, immutatione vel emendatione aliqua præ ceteris indigent.

Insuper Summus Pontifex singularum nationum Episcopis facultatem tribuit ut unum vel alium vicinum sacrorum canonum ac theologiae scientia præstantem, ab eisdem Episcopis electum, atque ipsorum sumptibus alendum, Romam mittant, qui Consultorum coetui adscribi possit. Quod si eis magis libuerit,

(1) Sequuntur nomina eorum qui primi inter Consultores relati sunt. Nos in fasc. V, an. VII, pag. 39, cum aliis postea electis dedimus.

poterunt item Episcopi singularum nationum unum ex illis designare, qui iam a Patribus Cardinalibus Consultores, ut supra, electi sint, eique sua desideria transmittere cum Consultorum coetu communicanda; vel etiam aliquem e sua natione nominare, qui, lieet extra Urbem commorans, per epistolas Consultoribus adiutricem operam aliqua ratione praestet. Ut igitur huiusmodi Beatissimi Patris iussa perficiantur, singuli Archiepiscopi consilia conferant tum primum cum suis Suffraganeis aliisque Ordinariis, si qui sint, qui Concilio Provinciali interesse deberent, tum postea cum ceteris Archiepiscopis eiusdem nationis, ut quam citius Sancta Sedes certior reddatur quid haec de re communis consensu statutum fuerit.

Dum haec Tibi nuntio, interim praecepuae erga Te existimationis meae sensus testor, meque profiteor

Amplitudini tuae

Romae, die xxv Martii MCMIV.

Addictissimum
R. Card. MERRY DEL VAL.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Maii. - d. xx mens. Iunii MDCCCCIV).

Coram SSmo. admissiones.

Inter clariores viros apud Pontificem admissos peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: excellensissimus vir Antoninus Salviati, Dux Urbanus, eiusque familia; p. Pius Mayer, Ordinis Carmelitarum antiquioris observantiae prior generalis; sorores et Congr. S. Annae ad inferiorem Americam propagandae Christianae Fidei gratia profecturae, p. Ildebrandus d'Hemptine, Ordinis S. Benedicti primus abbas; p. Bernardinus Balsani, praepositus genfis «Instituti e Caritate»; magistri ac discipuli collegii Nazaren de Urbe; Nicolaus Szécsen de Temerin, Comes, Austrorum Hungarorumque imperii plena potestate legatus extraordinarius; p. Bernardus M. a Iesu, Congr. Cleric. Reg. SSmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi praepositus genfis; magistri ac discipuli litterarii ludi cui nomen ab Angelo Mai Cardinali desumptum; excēns Princeps Urbanus Piombino eiusque familia; societas Urbana a B. Virgine de Monte Carmelo in regione trans Tiberim constituta; collegium operariorum ad S. Priscae de Urbe; p. Mathias Raus, Congr. SS. Redemptoris rector maximus; nobilis vir Rodulfus Coronini-Cronberg, Austro-Hungarieae legationis apud Apostolicam Sedem consiliarius; Urbanum institutum puellarum, cui nomen a Cuietana Agnesi; sorores et alumnae Congr. et Divina Providentia de Urbe; Maria Theresia Ledóchowska comitissa, rectrix generalis sodalitatis S. Petri Claver; primaria societas catholica operariorum in Urbe constituta ad xiv millia hominum numerum; Ioannes Baptista Scalabrini, episcopus Placentinus, coram adducens manum Missionariorum et Sororum ad Brasiliam ut Italos emigratis adstante profecturam; clariissimi viri Fridericus Melotti, medicus Bononiensis, et Ernestus Solomanson-Castelli pictor Dresden.; excēns vir Ludovicus Piavi, Patriarcha Hierosolymitanus una cum manu legatorum ex Pontificio Ordine S. Sepulcri; catholici nautae ex Anglorum classi ad Centumcellas appulsa; Gallici Ispanique peregrini ex «Terra Sancta» reduces; Romana societas de Catholica Fidei tuenda; excēns viri Bruno Chiaves et Oliveira, Brasilienses legati.

Pontificiae electiones.

— Franciscus Paulus Epifani, Brundusii vic. gen., in collegium Protonotariorum Apostolicorum adscieatur.

— Inter Urbanos antistites recensentur Fridericus Catani et Ubertus Fiido.

— Seraphinus a Colleparo ex Ordine Min. S. Francisci Capulatorum in consilium S. Congr. de Propaganda Fide adlegitur ad res Orientis moderandas.

Varia.

In aedibus Vaticanis coram SSmo decreta edita sunt: a) ut tuto procedi possit ad canonizationem;

b) Alexandri Sauli, episcopi Papiensis ex Cong. Cleric. Reg. S. Pauli Apostoli, vulgo *Barnabitarum*; b) ut tuto procedi possit ad beatificationem VV. SS. Dei Agathangeli et Cassiani ex Ordine Capulatorum S. Francisci in odium Fidei interemptorum; c) de miraculis propositis ad beatificationem V. S. Dei Gasparis Del Bufalo, sacerdotis romani, canonici Mariana basilice et Congregationis Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. conditoris. — De eodem viro post aliquot dies S. Rituum Congregatio disceptavit an tuto procedi posset ad beatificationem. Pariter ipsa S. C. perpendit de duabus miraculis quae a Deo patrata feruntur intercedente V. S. D. Stephano Bellesini, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, Praenestinae dioecesis parocho.

— Die x mens. Iunii in aula Clementina ad Vaticanum habita est coram SSmo disputatio theologica ab alumnis athenaei apud Pont. Seminarii Romanum constituta. Proposita argumenta tuiti sunt rr. dd. Aloisius Tonetti Ferentinensis e Pont. Sem. Piano; Adolphus Braccini Pisanius e Pia Domo filiorum Mariae Immaculatae; Guilelmus Carozzi et Collegio Cerasolio in Seminario Romano. Obiecerunt clarissimi viri Hermannus Van Laak e S. I. doctor in athenaeo Gregoriano; Laurentius Ianssens ex Ordine S. Benedicti, doctor in collegio S. Anselmi de Urbe; Hermes Binzemer, academiae theologicae a secretis; Alexius Lepicier ex Ordine Serv. B. M. V. doctor in Urbano collegio de Propaganda fide; Aloisius Chiesa, doctor ibidem; Aloisius Lazzareschi, archiepiscopus Iconiensis. Moderatores denique fuere r̄ni doctores Iulius Serafini, Ricardus Taparelli, Iosephus Vizzini.

— Pontificiae litterae vulgatae sunt ad Eminensissimum Cardinalem Urbis Vicarium missae die v superioris mens. Maii, quibus certae regulae constituunt de institutione, studiis, moribus et comprobatione inveniunt sacerdotium Romae appetentium.

ANNALES.

Iaponicum bellum.

Iaponicum bellum cruenta fortuna progreditur. Liao-Tung in provincia novissimae pugnacis pugnatae sunt, ubi, post partas Kuroki atque Oku duebns Victorias, Nozu dux eamdem vicissim gloriam sibi quaesivit. Qui quum cum exercitu suo in provinciam appulisset, Stachelbergio Russico imperatori ad Arthurnm portum properanti, ut ferret obsessis auxilia, ocnenrit. Inter utrumque igitur Idibus Iunii Wa-fan-ku ad locum certatum est, ac, quamvis Russi milites acerrime hostium impetum sustinuerint, tamen, aliquando fraeta virtus fuit maiori vi atque virtute. Ingens ex proelio clades relata utrinque, quod ad biduum perduetum est. Arrisit tamen Iaponis victoria, qui captivos ex hostibus trecentos coeperunt, tormentaque bellica complurima abstulerunt. Haec in terra gesta. In mari vero Skrydlofius, Russorum navarchus, Wladivostochio ex portu depopulatus hostium litora exivit, nebulisque invantibus, rates eorum tres magna militum manu oneratas in Coreano fretu inopinato adortus submersit.

★

Balanici motus.

In Europa quos pertinuimus Balanicis motus silere haec non sine salubri consilio videtur. Ceterum Macedonici illi vigiles magis magisque in dies instruuntur atque ad cohimbendas seditiones, duce Georgio italo imperatore, arma parant. Quod placuit profecto maxime Turcarum praesidi Hilmio, qui vehementer eum advenarum centurionibus de custodia pace po-

puli gratulatus est. Eam ob rem nemo iam est, qui de redintegranda seditione cogitet, quaeque forte in Thessalico ferreo itinere a sceloso quodam homine in vehes ferreas sunt ignita pulvere pertentata, minus, quam assueverant, animos hominum movent.

★

Armeniorum caedes.

Armeniorum interea renovantur caedes. Armenis enim dueibus suadentibus, Vannensi atque Sassonnensi in regione incendia seditionum iterum flagrant. Turcarum itaque copiae ad cohimbendos fideles missae, quae maxima rabies munus explevere. Centeni igitur fideles caesi, ceteraque huiusmodi, ut iam consuevit, late innovata sunt. Nostrarum gentium legati quo validius potuerunt suam auctoritatem sollicito animo ad pacem componendam interposuere; perarduum vero consilium videtur; Turcae enim novas leges condere pro Armenis renunt, nisi Macedonicae ante res complicantur.

★

Thibetanae pugnacis.

Thibetanae Anglorum exploratio difficilem fortunam experitur. Nam de militibus, quibus Youngh tribunus praeest, diu nimis fatum ignoratur. Siquidem Thibetani incolae vias, quae Siculum ad urbem dueunt, ipsi ocnenpavere nunciisque omnibus iter intercluserunt; quamobrem nova ut auxilia supermittantur quam maxime in dies fortuna urget.

★

Brasiliiane contentiones.

In America meridionali maximi momenti minae exortae sunt de bello inter Peruvianos et Brasilienses. Horum milites immo per Amazonum flumen nonnullas rates coepernit onerarias armis commeatibusque refertas, quae ad hostes afferebantur. Verum utriusque populi legati hand perarduum eredunt fore ut, renovata discordia de finibus inter utriusque gentis terras constituendis, amico foedere praefiniatur, ut non semel haec tenus iam contigit similia iuria componi; quod latinis illis gentibus saluberrimum consilium sit.

★

Uruguayanæ et Argentinensis seditio.

In Uruguayensi republika seditio innovata flagrat inter factiones, quae, uti solent, de potiundo imperio contendunt; sed iam et ibi optima praevaluuisse consilia appetat de componenda iterum pace deque privatis odiis pro publico bono magis magisque luerando dimittendis.

In Aloisiana denique Argentinensi provincea similis, malo fato, seditio exarsit, ipseque præses perduellum copiis captivus factus est. At missus celeriter exercitus huinsmodi perturbationis omnem reliquiam fudit.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia coram municipio coetu de Anglorum Russorumque foedere illius persimili, quod mox cum Gallis iustum est, administrari nuncium dederunt. Coream peninsulam pariter declararunt a Iaponicorum ditione quasi liberam sibi adhuc haberi.

In Aus
coetu Gol
tus nullim
minuere,
timent.

In Gall
lictum de
peculatum
thusianoru
quaestores
strandam

In Iber
legatis dis
ad rem co
rcis iurib
noxium.

In Italia

Graviss
num obs
invenibus
gium, Iude
tatibus ad
honestam
rant. Dux
genere San
duxerant a
ver) ut al
rentur. At
eius repen
ut nulla fi
natu neque
Tristissimu
inde fluctu
dandam vu
ipse pons, i
pressus pon
aquarem a
demittit. M
prosiliuere, a
tur. Cadave
iecta sunt; p
voravit.

Similia u
colam sorte
liariis navic
Alia enim s
aento lateris
Inde fluetus
pondere br
militesque e
bitanea inte

Oh quam
tem contube
litus appulsi
suis comita
patrem ama
tare potueru
erant eorum
ballistarii, i
culari honor
Reliqui in V
cibus primu
ascendentes,
eem expectar
omnes adloq
oseculandam.
Pontifici ven

ob rem nemo iam est,
itione cogitet, quaeque
itinere a sceloso quo-
reas sunt ignita pul-
nam assueverant, ani-

enovantur caedes. Ar-
dentibus, Vannensi at-
ne incendia seditionum
um itaque copiae ad
e, quae maxima rabie
Centeni igitur fideles
odi, ut iam consuevit,
trarum gentium legati
suam auctoritatem sol-
componendam inter-
ro consilium videtur;
es condere pro Armenis
icae ante res compo-

exploratio difficilem for-
de militibus, quibus
t, diu nimis fatum igno-
ani incolae vias, quae
t, ipsi occupavere nun-
tercluserunt; quamo-
supermittantur quam
a urget.

li maximi momenti mi-
llo inter Peruvianos et
lites immo per Amazo-
rates coepertur onera-
que refertas, quae ad
erum utriusque populi
credunt fore ut, reno-
s inter utriusque gentis
eo foedere praefiniatur,
iam contigit similia iur-
nis illis gentibus salu-

gentinensis sedatio.
blica sedatio innovata
quae, uti solent, de-
ndunt; sed iam et ibi
nsilia apparet de com-
equae privatis odiis pro
magisque luerando di-

Argentinensi provincia
o exarsit, ipseque praef-
captivus factus est. At
us huiusmodi perturba-
t fudit.

**RBEM COETUS
ERENDIS.**

ipsum coetu de Anglorum
llius persimili, quod mox
inistri nuncium dederunt.
declararunt a Iaponicorum
adhue haberi.

In Austria de Balcanicis rebus in legislatorum
coetu Golucowski administer optime dixit, obtestatus nullimode Austrorum esse in animo aliena iura
minuere, eaque praesertim, quibus Itali peculiari modo
timent.

In Gallia vehemens disceptatio habita est ob de-
lictum de quo Aemili Combesii filius accusatur:
peculatum dicimus pecuniasque repetundas in Car-
thusianorum monachorum auxilium. Combesius vero
quaestores ex legatis populorum ut ad rem illu-
strandam deligerentur ipse petit.

In Iberia de Mauranicis rebus coram populi
legatis disceptatum est, atque de foedere cum Gallis
ad rem constituto, quod tamen nulla ex parte Ibe-
ricis iuribus gestores reipublicae asseruerunt ob-
noxium.

In Italia expensarum ratio producitur.

PER ORBEM.

Gravissimum quod recentes dies infortu-
nium obsevaverit illud puto ab Americanis
invenibus obitum, qui *Slocum General* navi-
ginn, ludorum causa studiorumque ut anxie-
tatibus ad tempus valedicerent ac natandi ad
honestam voluptatem se darent, conseenderant.
Duxerant immo eos magistri Germanie
genere Sancti Marci ex schola Neoboracensi;
duxerant ad orientalem maris ripam (*East Ri-
ver*) ut alumnos suos felici recreatione sola-
rentur. At vix ac medio in mari navis fuit,
eius repente in carina tale exarsit incendium,
ut nulla fistula aquatica, nullo nautarum co-
natu neque cohiberi neque restingui valuerit.
Tristissimum equidem fatum! Hinc instat ignis,
inde fluctus navem obsident; in cassum in se-
dandum vulcani rabiem opera incumbunt; nam
ipse pons, in media navi nimiis viatoribus op-
pressus pondere, disruptus inque subiectam
aquarum amplitudinem misellos adolescentes
demittit. Multi in aquas ipso salutis instinctu
prosiliuere, alii contra urgente flamma absumuntur.
Cadavera quingenta usque in litus pro-
iecta sunt; plura quae fluctus non hausit ignis
voravit.

Similia ut persequar, Anglorum militum re-
colam sortem, qui prope Corsicae oras, missi-
liariis navicularis *Stag* atque *Bat* iter faciebant.
Alia enim scapha alii dum occurrit, hanc per-
actuo lateris culmine percutit atque confudit.
Inde fluctus liberam viam sibi faciunt, suoqne
pondere brevi navicularum omnem demergunt
militesque eius, ballistarios plerosque, nece su-
bitanea interimunt.

Oh quam meliorem profecto nacti sunt sor-
tem contubernales eorum, qui, Latii nostri ad
litus appulsi, Urbem illustratum venere, quique,
suis comitantibus navarchis Pium ipsum X
patrem amantissimum videre, atque consulat-
tare potuerunt. Quingenti hi fuere, ducesque
erant eorum et centuriones tum navarchae tum
ballistarii, ipseque classis praefectus, qui peculiari honore seorsim est a Pontifice exceptus.
Reliqui in Vaticanum templum publicis pre-
cibus primum operam dedere; mox in palatium
ascendentes, per ambulacula dispositi Pontifi-
cem expectarunt. Qui statuta hora ecce advenit,
omnes adloquitur, praebet uniuersique dexteram
osculandam. Quum vident plaudunt nautae
Pontifici venerando, qui eos ad fidem et vir-

tutem benigne hortatur. Postremo parata ipsas
ad Vaticanas aedes mensa est, ad quam di-
sebuerunt, iterumque inter proenla festivo ore
patrem duleissimum consulatarunt.

Naufragos non recolam, qui Congensi in
terra Alberti laeus aquis demersi sunt. Ducenti
erant milites, Congensi reipublicae servientes,
Aramque italum centurionem et alterum a cen-
turione ex Belgis praefectos habebant. Dum-
que ad imperatam sibi stationem per infidos
fluctus properant, oborta tempestas naves sub-
mergit, milites vita privat.

Iamque pedestria ad itinera tutiore, ut puto,
consilio nos convertamus, licet quotannis fer-
rearum vehum citissimus cursus magis magis-
que augeatur et stimulis novis celerrimus fiat.
Certant enim indesinenter de velocitate gentes,
victoriaque currentium heic vel illie nullo in-
terrumpo tempore celebratur. Nostris vero diebus
omnium velocissimos currus admirata est *Great Western* anglica via, quae Plymouth ex moe-
nibus Londinum dicit. Millibus passuum ducen-
tis et quinquaginta via produceitur, quam, ni-
hilominus, tribus vix horis cum dimidio velues
Anglicae dimensae sunt. Ad proximum annum
augendam quoque hanc velocitatem periti viri
praedicant, ita ut et quinquaginta usque millia
passuum unius vix horae spatio vineat et praet-
ergrediatur.

Quod autem est a Gordonio Bennettio praec-
mium velociter currentibus constitutum Therys
Gallus cursor in ipsa Saalburgensi urbe lucra-
tus est, qui statutam viam vix quinque hora-
rum spatio mediaque insuper hora confecit.
Germanus post eum Ienazius venit, qui sex
horis eamdem viam superavit. Vehibus sua
sponte currentibus hi decertabant. Quod vero
ipsa in victoria fuit laetissimum Zigenius dy-
nasta cavit Gallus, qui suorum civium soda-
litio ab iis vehibus nuncupato praest. Hic enim,
nullam repentes veteris odii memoriam, ad ipsum
Vilhelmum Caesarem certamini adstantem ve-
nit, eumque non modo gratias agens ob huma-
nissimum hospitium consulutavit, sed ovantibus
vocibus eius nomen suis non minus quam ce-
teris adstantibus aclamandum proponit.

Verum paucis ante diebus ipse Caesar Saar-
bruchensi in urbe, prope Lotharingiae fines,
ubi supremo Gallorum Germanorumque bello,
prima pugna fuit, Vilhelmi avi sui positum
signum quum augurali concione detexisset,
vehementibus verbis Germanicas victorias re-
coluit, urbemque proximam Metensem commem-
moravit, quam avi milites occupavere et Ger-
manicam fecerunt. Quae inter plane, quamvis
de pace dixerit, de bello tamen, tacite quodam-
modo, dixisse visus est, tum Gallis tum reli-
quis aemulis monita praebens, qui Germani-
cam pacem audacia sua vel imprudentia per-
turbare audeant.

VARIA.

Formicarum servitus.

Servitus non ea est, quae unice in hominum soci-
tate viguerit; inter belugas quoque exstat, inter for-
micas praesertim. Formicæ enim rubrae ceterarum

formicarum agmina aggreduntur iunioresque captivas
sibi reddunt, iisque munera committunt aedificandi
domum, eiusque munditiam curandi, aliaque efficiendi,
quæ communitatii necessaria fiant. Sed formicæ vi-
tores suæ ipsius gloriae brevi luunt: poenas re-
lieta enim servis recens natorum cura et cibi com-
parandi diligenter, maximam partem naturæ suæ
amittunt, habitusque domestici, industriae artes, ipsae-
que mandibulae hebetes fiunt, ita ut post aliquod tem-
pus, bellandi impotes, vicissim servae a servis redan-
tur. — Si vera sunt exposita....

Subaqueae lintres.

Argumentum ex ipsa antiquitate ad nos devenit;
Aristoteles enim ipse de navi quadam subaquea lo-
quitur suo tempore adhibita, in quam aer ad spirandum
immitteretur. Alexander etiam cognomine Ma-
gnus dicit huinsmodi machinis usus esse, ac Plinius cymbam similem descripsit. Saeculo p. c. xvi
Olans Magnus, Upsalæ episcopus, narravit in Groen-
landia pyratas quosdam suis diebus vivere, seaphis
coriacis munitos, quibus sub aqua veherentur; imo
mirabilium harum navicularum duas sese vidisse te-
statur. Insequentia saeculo Veneti pariter et Batavi
traditiones historiarum earum abnormium vulgarunt,
quas Julius ille Verne haereditate accepit ut nostræ
pueritiae commenticiis fabulis laetitiam procuraret,
desiderium inveniens ut earum ad usus quotidianos applicatio nostræ senectutis animos sublimet.

AENIGMATA

a I. B. PESENTI proposita.

Una mihi est tantum vocalis, consona bina:
vocalis mutat, consona bina manet.

E Martem sequitur, sequitur super aequora nantes,
ingrediturque domos, ingrediturque casas.

I candet dum tristis hiems, dum frigidus annus;

O ruit ut sese mergit sol aureus undis:

U tendit ramos virides et conserit umbras,

quum nova fert annus munera, Bacche tibi.

Ex sociis, qui aenigmatum interpretatio-
nem ad Commentarii moderatorem miserint
intra menses duos, unus, sortitus, gratis ac-
cipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. VII, n. IV proposita his respondent:

1) Fucus; 2) Vena, Verna.

Ea rite soluta miserant:

D. Le Provost, *Brioœu*. — Hermes Gini, *Aguis Taurini*.
— Car. Stegmüller, *Sabaria*. — F. Arnori, *Mediotano*. —
R. Müller, *Berolina*. — Petrus Tergestinus. — Ferd. Ferrari,
Guastalla. — Senior Astensis. — Andr. Pápay, *Priusina*. —
M. Kohlsdorfer S. I., *Chycovia*. — Ios. Walter, *Neo Eboraco*
— Prince Gordon, *Mancunio*. — Fr. Szymanski, *Niestronno*. —
Petr. Garrone, *Pezzana ad Verecitas*. — Call. Amalberti,
Albio Intemello. — E. Burg, *Argentorato*. — Th. Questa,
Sustineo ad Verecitas. — A. Libani *Cittanova Picena*. — Lad. Lud.
Podobinski, *Cappelli Senis*. — A. Libani *Cittanova Picena*. — Lad. Lud.
Podobinski, *Cracovia*. — Guil Schenz, *Ratisbona*. — Cam.
Straschill, O. F. M., *Vittaco*. — Aem. Gschwind S. P., *Praga*.
— S. Merky, *Bethenay*. — Zvirzina par., *Lohnau* — Am.
Robert, *Marieville in Canada*. — Seminarium Vicense. —
Civis Romanus, *Bremerhaven*. — F. Skiba, *Brestow*. —
Nic. Malyniak, *Krasicyna*. — Georg. Narjevski, *Lubovo*. —
Felix Dacomo, *Alba*. — Petr. Becker, *Gebenhausen*. — Alois.
Battisti, *Marauta*. — Aug. Parrado, *Vallisoteto*. — I. B. Pe-
senti, *Sedrina ad Bergomum*. — Aug. Scriban, *Buzau*. —
Io. Giambonini, *Poteggia*. — Henr. Tarallo; V. Starace *Neapol*. —
Alex. P. Gest, *Lamberville*. — Cos. Cerasuoli, *Aesernia*. —
Gust. Grunes, *Nikotsburgo*. — Andr. Haberl, *Moedling*. —
Coll. Scholarus Piarum *Stettæ*. — Mich. Vidal, *Patna in in-
sula Matriaca*. — G. Becker, *Puttelange*. — Alois. Berthè, *Nicea ad Varum*. — Iac. Bertran, *Figueris*.

Sortitum est praemium:

SEMINARIUM VICENSE,

ad quod missa est Io. BAPTISTA FRANCESIA comoedia, latinis
versibus scripta; cui titulus:

SATURIO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paetus Phil. Cuggiani*.

175.8 90
8

p. graln

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Premium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr. $0,45 \times 0,22$ Pontificiae dominationis auspicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commodum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta coloribus praecipua Romae, aut eius vicina redundunt; *sive*
- c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa metr. $1,10 \times 0,24$)

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet
primum intra mensem ab eius subnotatione et cum ipso subnotationis pretio.